

# FRANCISCUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Venerabili Fratri **Petro Štumpf**, S.D.B., hactenus Episcopo Sobotensi, Justinopolitanae Sedis Antistiti nominato, salutem et benedictionem. Justitiam et pacem petimus a Deo, ut christifideles Evangelii semita sequentes in gratia confirmati ad beatum occursum cum Domino bene parati sint ideoque Paradisi gaudia adipisci possint. Hac sollicitudine perpulsi, cupientes ut Ecclesia peregrinans quam similior fit Hierusalem caelesti, civitati iustitiae divinae, ad Justinopolitanam Sedem flectimus animi attentionem, cuius postremus Praesul, Venerabilis Frater Georgius Bizjak, regimini renuntiavit cuique volumus virtute his Litteris Nostri novum animarum in sacris ductorem destinare. Quam rem et necessitates illius communitatis considerantes, et Venerabilis Frater ad hoc maioris momenti opus eligimus, qui in explendo episcopali munere veluti Pastor Sobotensis sana doctrina, prudentia et agendarum rerum peritia eminet. Itaque, Dicasterio pro Episcopis consulto, auctoritate Nostri apostolica usi, et vinculo cum priore Sede soluto, Episcopum **Justinopolitanum** constituimus, debitis concessis iuribus congruisque impositis obligationibus. De Nostro decreto ac voluntate cito ceterum et christifideles facias certiores, ut tibi signa obaedientiae et filialis dilectionis praebere possint. Denique, cum te tuamque navitatem, Venerabilis Frater, intercessionem Beatae Mariae Virginis committimus, quaesumus Deum ut ecclesia tibi concessita gratiarum caelestium copia suffulta pro omnibus cum ea quodvis commercium habentibus exemplar loci iustitiae et pacis eveniat. Datum Romae, Laterani, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini bismillesimo vicesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

Franciscus

Viteclava Niveus, Prot. Apost.

